

• hoc contractu comprehensorum. Et in dictis civitatibus et distri-  
 • ctibus eorum possint dicti domini Albertus et Mastinus donari,  
 • dicere et facere ad beneplacitum et dispositionem suam, salvis  
 • premissis. Civitas quoque Lucana remaneat cum suo comitatu in  
 • manibus et fortiam dictorum dominorum Alberti et Mastini sicut  
 • nunc est. Salvis locis, castris, et terris Pexie, Buggiani, Collis et  
 • Altipassus, que dari et dimitti debent comuni Florentie, prout  
 • superius est notatum. Et salvis aliis locis et castris comitatus et  
 • districtus Lucani, que comune Florentie tenebat ante guerram  
 • presentem vel nunc tenent, que ipsi comuni Florentie debeat  
 • remanere.

• Item quod excellentes principes dominus Karolus Regis Boe-  
 • mie primogenitus et dominus Iohannes Dux Karinthie frater ejus,  
 • qui fuerunt in liga et unione cum dictis communib[us] Venetiarum  
 • et Florentie, includantur et inserantur, et pro inclusis et insertis  
 • habeantur et sint in pace et concordia supradicta cum civitatibus  
 • Feltri et Belluni, et cum omnibus castris, locis, terris et homini-  
 • bus suis et gaudeant et gaudere debeant beneficio dictae pacis et  
 • concordie et securitate ejusdem. Et quod contra eos vel contra  
 • statum eorum seu civitatum, terrarum, castrorum, locorum et  
 • hominum suorum aut alicujus eorum dicti domini Albertus et  
 • Mastinus per se vel alios non inferant nec attentent novitatem,  
 • guerram, detrimentum vel consilium exhibeant, ullo modo vel  
 • ingenio. Promittentibus et observantibus e converso ac simili  
 • modo dictis dominis Karolo et Iohanne, seu syndicis et procura-  
 • toribus eorumdem et pro ipsis et dictis civitatibus, terris, castris,  
 • locis et hominibus suis, erga dictos dominos de la Scala, et terras  
 • eorum, cum stipulationibus hinc inde, et omnibus solemnitatibus  
 • opportunis.

• Item quod dominus Azo Vicecomes civitatis Mediolani et  
 • ejus dominus, domini Obizo et Nicolaus marchiones Estenses,  
 • civitatum Ferrarie et Mutine domini generales, dominus Loysius  
 • de Gonzaga et filii civitatum Mantue et Regii domini, dominus